

persit, dicens : Hic sanguis Testamenti quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, et omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur ; et sine sanguinis effusione non fit remissio.

R. Sepulto Domino, signatum est monumentum, volventes lapidem ad ostium monumenti : \* Ponentes milites qui custodirent illum.

V. Accedentes principes sacerdotum ad Pilatum petierunt illum. \* Ponentes.

---

### A LAUDES.

*Ant.* O mors, ero mors tua ; morsus tuus ero, inferne.

*P.s.* Miserere, *ci-devant*, p. 36.

*Ant.* O Mors, etc.

*Ant.* Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Dominus occisus est.

PSAUME 42.

JUDICA me, Deus, et discerne causam meam de gente non sanctâ ; ab homine iniquo et doloso erue me.